

## A. M. S. Boëthius, *Philosophiae consolatio*

(vyd. G. Weinberger, Vienna 1935, Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum 67)

II,1 (prosa),9-19

9 Quid est igitur, o homo, quod te in maestitiam luctumque deiecit? Nouum, credo, aliquid inusitatumque uidisti. Tu fortunam putas erga te esse mutata[m]. Erras. 10 Hi semper eius mores sunt, ista natura. Seruauit circa te propriam potius in ipsa sui mutabilitate constantiam; talis erat cum blandiebatur, cum tibi falsae illecebris felicitatis alluderet. 11 Deprehendisti caeci numinis ambiguos uultus. Quae sese adhuc uelat aliis, tota tibi prorsus innotuit. 12 Si probas, utere moribus, ne queraris. Si perfidiam perhorrescis, sperne atque abice pernicio[s]a ludentem; nam quae nunc tibi est tanti causa maeroris, haec eadem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit enim te quam non relicturam nemo umquam poterit esse securus. 13 An uero tu pretiosam aestimas abituram felicitatem et cara tibi est fortuna praesens nec manendi fida et cum discesserit allatura maerorem? 14 Quodsi nec ex arbitrio retineri potest et calamitosos fugax facit, quid est aliud quam futurae quoddam calamitatis indicium? 15 Neque enim quod ante oculos situm est suffecerit intueri, rerum exitus prudentia metitur; eademque in alterutro mutabilitas nec formidandas fortunae minas nec exoptandas facit esse blanditias. 16 Postremo aequo animo tolere oportet quicquid intra fortunae aream geritur cum semel iugo eius colla summiseris. 17 Quodsi manendi abeundique scribere legem uelis ei quam tu tibi dominam sponte legisti, nonne iniurius fueris et impatientia sortem exacerbare quam permutare non possis? 18 Si uentis uela committeres, non quo uoluntas peteret sed quo flatus impellerent promoueres; si aruis semina crederes, feraces inter se annos sterilesque pensares. Fortunae te regendum dedisti, dominae moribus oportet obtemperare. 19 Tu uero uolentis rotae impetum retinere conaris? At, omnium mortalium stolidissime, si manere incipit fors esse desistit.

II,2 (prosa),7-10

7 Audacter adfirmem, si tua forent quae amissa conquereris, nullo modo perdidisses. 8 An ego sola meum ius exercere prohibebor? Licet caelo proferre lucidos dies eosdemque tenebrosis noctibus condere, licet anno terrae uultum

(český text v překladu Václava Bahníka, *Boëthius. Poslední Říman*, Praha 1981, 1.vyd.)

Štěstěna:

Vždyť ta, která je nyní příčinou tvého tak velkého zármutku, byla by měla být příčinou tvého klidu. Opustilo tě přece něco, u čeho nikdy nikdo nebude moci mít jistotu, že ho neopustí. Ceníš si snad jako nějakou vzácnost štěstí, které má odejít? Je ti drahá přítomná štěstěna, která ti nedává žádnou záruku, že zůstane, a která ti přinese zármutek, až odejde? Jestliže ji nemůže nikdo zadržet, jak by chtěl, jestliže svým útekem dělá lidi nešťastné, co jiného činí, než že svou prchavostí předznamenává budoucí pohromy? Nestačí přece dívat se jen na to, co je před očima. Moudrost měří výsledky věcí a měnlivost štěstěny v jednom i druhém směru způsobuje, že její hrozby nejsou strašné a její lichotky nejsou přitažlivé. Konečně je třeba, abys vyrovnaně snášel všechno, co se odehrává v dosahu její působnosti, když jednou skloníš svou šíji pod její jho. Jestliže budeš chtít předpisovat té, kterou sis dobrovolně vyvolil za svou vládkyni, kdy má zůstat a kdy má odejít, nebudeš v nepravu a nebudeš netrpělivostí zhoršovat svůj úděl, který nemůžeš změnit? Kdybys svěřil plachty větrům, plul bys ne tam, kam by chtěla tvá vůle, ale kam by tě hnalo jejich vanutí. Kdybys svěřoval polním semenu, musel bys počítat s léty úrodnými a neúrodnými. Dal ses řídit štěstěnou, musíš tedy poslouchat mravy své vládkyně. Pokoušíš se zastavit rozběh točícího se kola? Ty nejhoupější ze všech smrtelníků, vždyť přece zůstane-li stát na místě, přestává být štěstěnou!

Štěstěna:

A odvážíla bych se tvrdit, že kdyby věci, na jejichž ztrátu si stěžuješ, byly tvé, rozhodně bys je nebyl ztratil. Bude snad mně jediné zakázáno uplatňovat své právo? Nebe smí přivádět jasné dny a pak je zakrýt tmavými nocemi. Rok smí hned

nunc floribus frugibusque redimire nunc nimbis frigoribusque confundere, ius est mari nunc strato aequore blandiri nunc procellis ac fluctibus inhorrescere: Nos ad constantiam nostris moribus alienam inexplata hominum cupiditas alligabit? 9 Haec nostra uis est, hunc continuum ludum ludimus: rotam uolubili orbe uersamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus. 10 Ascende si placet, sed ea lege, ne uti cum ludicri mei ratio poscet descendere iniuriam putes.

II,4 (prosa),22-29

22 Quid igitur, o mortales, extra petitis intra uos positam felicitatem? 23 Error uos inscitiaeque confundit. Ostendam breuiter tibi summae cardinem felicitatis. Estne aliquid tibi te ipso pretiosius? Nihil, inquires. Igitur si tui compos fueris, possidebis quod nec tu amittere unquam uelis nec fortuna possit auferre. 24 Atque ut agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse, sic collige. 25 Si beatitudo est summum naturae bonum ratione degentis nec est summum bonum quod eripi ullo modo potest, quoniam praecellit id quod nequeat auferri, manifestum est quin ad beatitudinem percipiendam fortunae instabilitas aspirare non possit. 26 Ad haec, quem caduca ista felicitas uehit uel scit eam uel nescit esse mutabilem. Si nescit, quoniam beata sors esse potest ignorantiae caecitate? Si scit, metuat necesse est ne amittat quod amitti posse non dubitat; quare continuus timor non sinit esse felicem. An uel si amiserit neglegendum putat? 27 Sic quoque perexile bonum est quod aequo animo feratur amissum. 28 Et quoniam tu idem es cui persuasum atque insitum permultis demonstrationibus scio mentes hominum nullo modo esse mortales, cumque clarum sit fortuitam felicitatem corporis morte finiri, dubitari nequit, si haec afferre beatitudinem potest, quin omne mortalium genus in miseriam mortis fine labatur. 29 Quodsi multos scimus beatitudinis fructum non morte solum uerum etiam doloribus suppliciisque quaesisse, quoniam modo praesens facere beatos potest quae miseros transacta non efficit?

ověncit tvář země květy a plody, hned zas ji zohyzdit mraky a lijáky. Moře má právo hned vábit klidnou hladinou, hned budit hrůzu bouřemi a příboji. Jen mne má poutat neukojitelná lidská touha ke stálosti, cizí mým zvykům? Toto je má síla, tuto hru hraji bez ustání: otáčím kolem stále dokola, působí mi radost zaměřovat nejnižší za nejvyšší a nejvyšší za nejnižší. Nastup si, máš-li zájem, ale s podmínkou, že v žádném případě nebudeš považovat za křivdu, budeš-li muset z kola sestoupit, jakmile si to budou žádat pravidla mé hry.

Blaženost není štěstěna:

Proč tedy, vy lidé smrtelní, hledáte mimo sebe štěstí, které je uloženo ve vás? Mate vás omyl a nevědomost. Ukáží ti v krátkosti, v čem je podstata nejvyššího štěstí. Je pro tebe něco cennější než ty sám? Odpovíš mi, že nic. Proto budeš-li pánem sebe, budeš mít to, co nikdy nebudeš chtít ztratit a co ti štěstěna nikdy nebude moci vzít. Abys pochopil, že štěstí nemůže spočívat v těchto náhodných věcech, uvažuj takto. Jestliže blaženost je nejvyšší dobro přirozenosti obdařené rozumem a nejvyšším dobrem nemůže být nic, co může být nějak vyrváno, protože to, co nemůže být odňato, stojí výš než cokoli jiného, pak je zřejmé, že nestálost štěstěny nemůže napomáhat k dosažení blaženosti. Navíc ten, koho unáší toto vratké štěstí, buď ví, že je měnlivé, nebo to neví. Jestliže to neví, který úděl by mohl být blažený zásluhou slepé nevědomosti? Jestliže to ví, nutně se musí bát, aby neztratil to, o čem nepochybuje, že může ztratit, a proto mu neustálý strach nedovolí být šťastný. Nebo si myslí, že i kdyby to ztratil, byla by tato ztráta zanedbatelná? Pak je ovšem hodně hubené to dobro, jehož ztrátu lze snést s klidnou myslí.

A protože vím o tvém přesvědčení, vštípeném ti přemnohými důkazy, že lidské duše rozhodně nejsou smrtelné, a protože je jasné, že náhodné štěstí končí smrtí těla, nelze pochybovat o tom, že může-li takové štěstí přinést blaženost, veškeré lidstvo klesne v okamžiku smrti do bídy. Jestliže víme, že se mnozí snažili dosáhnout plod blaženosti nejen smrtí, ale i bolestmi a mukami, jak může svou přítomností učinit blaženými to, co je svým odchodem nečiní ubohými?

II,8 (metrum),1-30

1 Quod mundus stabili fide	16 Hic si frena remiserit,
2 concordēs uariat uices,	17 quicquid nunc amat inuicem
3 quod pugnantia semina	18 bellum continuo geret
4 foedus perpetuum tenent,	19 et quam nunc socia fide
5 quod Phoebus roseum diem	20 pulchris motibus incitant
6 curru prouehit aureo,	21 certent soluere machinam.
7 ut quas duxerit Hesperos	22 Hic sancto populos quoque
8 Phoebe noctibus imperet,	23 iunctos foedere continet,
9 ut fluctus auidum mare	24 hic et coniugii sacrum
10 certo fine coherceat,	25 castis nectit amoribus,
11 ne terris liceat uagis	26 hic fidis etiam sua
12 latos tendere terminos,	27 dictat iura sodalibus.
13 hanc rerum seriem ligat	28 O felix hominum genus,
14 terras ac pelagus regens	29 si uestros animos amor
15 et caelo imperitans amor.	30 quo caelum regitur regat!

III,2 (prosa),2-3

2 Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet diuerso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Id autem est bonum quo quis adepto nihil ulterius desiderare queat. 3 Quod quidem est omnium summum bonorum cunctaque intra se bona continens; cui si quid aforet summum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liqueat igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum.

III,9 (prosa),16-23

16 Hoc igitur quod est unum simplexque natura prauitas humana dispertit et dum rei quae partibus caret partem conatur adipisci, nec portionem, quae nulla est, nec ipsam, quam minime affectat, assequitur. 17 -- Quonam, inquam, modo? -- Qui diuitias, inquit, petit

Kosmická láska:

*Že svět s neměnnou věrností  
svorně prochází střídáním  
a že proky, ač sváří se,  
smlouvu trvalou neruší,  
že bůh sluneční zlatým svým  
vozem vozí den růžový,  
že pak nocím, jež Hesperus  
vodí, poroučí Luna zas,  
chtivé moře že proudy své  
krotí v bezpečných hranicích,  
že se pevnina rozšířít  
nesmí daleko do moře,  
tento pořádek zavádí  
láska řídící moře, souš,  
jež i nebesům poroučí.*

*Kdyby otěže pustila,  
vše, co nyní se miluje,  
naráz válku by začalo,  
stavbu světa, již svorně teď  
vede krásnými pohyby,  
hned by spěchalo rozvrátit.  
Láska národy drží též  
svatou úmluvou spojené,  
láska posvátné manželství  
cudnou žádostí spojuje,  
láska diktuje také svá  
práva oddaným přátelům.  
Lidé, jací jste blažení,  
když vás ovládá láska táž,  
která vládne i nebesům.“*

Blaženost:

„Všechno lidské snažení, které se projevuje úsilím různorodých zájmů, postupuje sice po různých cestách, přesto však usiluje dospět k jedinému cíli, blaženosti. Tato blaženost, to je však ono dobro, po jehož dosažení si nikdo už víc přát nemůže. Je to nejvyšší ze všech dober, všechna dobra v sobě zahrnuje, a kdyby mu něco chybělo, nemohlo by být dobrem nejvyšším, protože by mimo ně zůstávalo něco, po čem by se mohlo toužit. Je tedy jasné, že blaženost je stav dovedený k dokonalosti sdružením všech dober.

Nerozdělenost blaženosti:

„Pak tedy to, co je od přirozenosti jedno a jednoduché, rozděluje lidská pošetilost, a ta, pokoušejíc se dosáhnout část něčeho, co nemá části, nezíská ani část, ta neexistuje, ani celek, ten vůbec nehledá.“

„Jakto?“ zeptal jsem se.

penuriae fuga, de potentia nihil laborat, uilis obscurusque esse mauult, multas etiam sibi naturales quoque subtrahit uoluptates, ne pecuniam quam parauit amittat. 18 Sed hoc modo ne sufficientia quidem contingit ei quem ualentia deserit, quem molestia pungit, quem uilitas abicit, quem recondit obscuritas. 19 Qui uero solum posse desiderat profligat opes, despicit uoluptates honoremque potentia carentem, gloriam quoque nihili pendit. 20 Sed hunc quoque quam multa deficient uides; fit enim ut aliquando necessariis egeat, ut anxietatibus mordeatur, cumque haec depellere nequeat etiam id quod maxime petebat, potens esse, desistat. 21 Similiter ratiocinari de honoribus, gloria, uoluptatibus licet; nam cum unumquodque horum idem quod cetera sit, quisquis horum aliquid sine ceteris petit ne illud quidem quod desiderat apprehendit.

22 -- Quid igitur, inquam, si qui cuncta simul cupiat adipisci? -- Summam quidem ille beatitudinis uelit; sed num in his eam reperiet quae demonstraui id quod pollicentur non posse conferre?

23 -- Minime, inquam. -- In his igitur quae singula quaedam expetendorum praestare creduntur beatitudo nullo modo uestiganda est.

### III,9 (metrum),1-28

1 O qui perpetua mundum ratione gubernas,  
2 terrarum caelique sator, qui tempus ab aeuo  
3 ire iubes stabilisque manens das cuncta moueri,  
4 quem non externaepulerunt fingere causas  
5 materiae fluitantis opus uerum insita summi  
6 forma boni liuore carens, tu cuncta superno  
7 ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse

„Kdo hledá bohatství, aby unikl nouzi, ten neusiluje o moc, raději chce být dole a v temnu, odříká si i mnoho přirozených rozkoší, aby nepřišel o peníze, které si opatřil. Avšak takto ten, komu chybí moc, koho bodají nesnáze, koho jeho nízké postavení drtí, koho ukrývá temnota, nedosáhne ani soběstačnosti. Kdo však touží jen po moci, ten rozhazuje majetek, pohrdá rozkošemi a poctou, která není spojena s mocí, a ani slávě nepřisuzuje žádnou cenu. Ale sám vidíš, kolik toho chybí i jemu. Někdy se totiž stane, že i on potřebuje něco nutného, že jej mučí úzkost, a že když tyto obtíže nemůže zahnat, je konec i s tím, o čem nejvíc usiloval, s jeho mocí. Podobně lze uvažovat i o poctách, o slávě, o rozkoších: protože každá z těchto věcí je totožná s ostatními, pak ten, kdo žádá jen jednu z nich bez ostatních, nedostane ani tu, po níž touží.“

„Co kdyby tedy,“ zeptal jsem se, „někdo toužil po všem najednou?“

„Ten by sice chtěl souhrn veškeré blaženosti, našel by ji však v těch věcech, o nichž jsme dokázali, že nemohou poskytnout, co slibují?“

„Rozhodně ne,“ řekl jsem.

„Blaženost se tedy rozhodně nesmí hledat v těch věcech, o nichž se věří, že každá z nich sama poskytuje něco z toho, co je žádoucí.“

„Souhlasím; nelze říci nic pravdivějšího.“

„Máš tedy před sebou jak podobu, tak příčiny klamného štěstí. Obrát nyní svůj duševní zrak na opačnou stranu. Tam totiž okamžitě uvidíš pravé štěstí, jak jsem ti slíbila.“

Uspořádání veškerenstva:

*„Ty, jenž věkověčným svým rozumem spravuješ vesmír,  
tvůrce země i nebe, jenž od věků necháváš plynout  
čas a všemu dáš pohyb, sám trváš však bez hnutí stále,  
popud zvňžšku tě nedonutil, abys z plynoucí hmoty  
vytvořil dílo: ty sám máš v sobě tvar dobra  
nejvyššího, jsi závistí prost a vycházíš ve všem  
ze vzoru shůry a svět, tak krásný, sám krásnější nad vše*

8 mundum mente gerens similique in imagine formans  
9 perfectasque iubens perfectum absoluere partes.  
10 Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis,  
11 arida conueniant liquidis, ne purior ignis  
12 euolet aut mersas deducant pondera terras.  
13 Tu triplicis mediam naturae cuncta mouentem  
14 conectens animam per consona membra resoluis;  
15 quae cum secta duos motum glomerauit in orbes,  
16 in semet reditura meat mentemque profundam  
17 circuit et simili conuertit imagine caelum.  
18 Tu causis animas paribus uitasque minores  
19 prouehis et leuibus sublimes curribus aptans  
20 in caelum terramque seris, quas lege benigna  
21 ad te conuersas reduci facis igne reuerti.  
22 Da, pater, augustam menti conscendere sedem,  
23 da fontem lustrare boni, da luce reperta  
24 in te conspicuos animi defigere uisus.  
25 Dissice terrenae nebulas et pondera molis  
26 atque tuo splendore mica; tu namque serenum,  
27 tu requies tranquilla piis, te cernere finis,  
28 principium, uector, dux, semita, terminus idem.

### III,10 (prosa),36-42

36 Ad bonum uero cetera referri palam est. Idcirco enim sufficientia petitur, quoniam bonum esse iudicatur; idcirco potentia, quoniam id quoque esse creditur bonum; idem de reuerentia, claritudine, iucunditate coniectare licet. 37 Omnium igitur expetendorum summa atque causa bonum est; quod enim neque re neque similitudine ullum in se retinet bonum id expeti nullo modo potest. 38 Contraque etiam quae natura bona non sunt tamen si esse uideantur quasi uere bona sint appetuntur. Quo fit uti summa, cardo atque causa expetendorum omnium bonitas esse iure credatur. 39 Cuius uero causa quid

*nošíš v své mysli stále a utváříš k obrazu svému,  
chceš, aby celek svou dokonalost svým předával částem.  
Spojuješ prvky dle čísel, ať chladné se s plameny shodne,  
suché s tekutým též, aby čistší nevzlétl oheň  
či aby velkou váhou se země neponořila.  
Trojité přírody středem jsi učinil duši, jež hýbá  
vším, a dělší ji do údů všech, by v svornosti žily.  
Když duše rozdělená v dva okruhy svila svůj pohyb,  
do sebe chystá se vrátit a obchází hlubinu mysli.  
Podle stejného vzoru pak uvádí v pohyb i nebe.  
Ze stejných příčin pak i duše a životy nižší  
probouzíš, na lehkých vozech je do výše převelké vznášíš,  
po nebi rozseváš je i zemi, pak zákonem vládným  
ty, jež se obrátí k tobě, zas ohněm přivádíš zpátky.  
Dovol, otče, mé mysli, ať vystoupí až k tvému sídlu,  
uzří pramen dobra, a až bych našel světlo,  
duševním zrakem stále se na tebe pozorně dívá.  
Rozptyl mlhy a tíhu té hrubé pozemské hmoty,  
zazáří jaseň svým! Vždyť ty jsi obloha jasná,  
ty jsi pro zbožné pokoj a klid, tebe spatřit je cílem,  
počátkem též, jsi vůdcem i cestou a zároveň koncem.*

### Blaženost a dobro:

„Je tedy jasné, že se všechno ostatní vztahuje k dobru. Proto je totiž vyhledávána soběstačnost, že je považována za dobro, proto je vyhledávána moc, že i ji pokládáme za dobro. Totéž lze soudit o úctě, proslulosti i příjemnosti. Dobro je tedy souhrnem a příčinou všeho žádoucího. Vůbec přece nemůže být žádáno něco, co v sobě nemá ani skutečné, ani zdánlivé dobro. Naproti tomu i to, co není od přirozenosti dobrem, jestliže se dobrem zdá, je předmětem touhy, jako by bylo dobrem opravdu. Tak dochází k tomu, že se za souhrn, osu a zdroj všeho žádoucího právem

expetitur id maxime uidetur optari, ueluti si salutis causa quispiam uelit equitare, non tam equitandi motum desiderat quam salutis effectum. 40 Cum igitur omnia boni gratia petantur, non illa potius quam bonum ipsum desideratur ab omnibus. 41 Sed propter quod cetera optantur beatitudinem esse concessimus; quare sic quoque sola quaeritur beatitudo. 42 Ex quo liquido apparet ipsius boni et beatitudinis unam atque eandem esse substantiam.

### III,11 (prosa),38-41

38 -- Cuncta igitur bonum petunt, quod quidem ita describas licet ipsum bonum esse quod desideretur ab omnibus. 39 Nihil, inquam, uerius excogitari potest; nam uel ad nihil unum cuncta referuntur et uno ueluti uertice destituta sine rectore fluitabunt aut si quid est ad quod uniuersa festinant id erit omnium summum bonorum.

40 -- Et illa: Nimium, inquit, o alumne, laetor; ipsam enim mediae ueritatis notam mente fixisti. Sed in hoc patuit tibi quod ignorare te paulo ante dicebas. --

Quid? inquam.

41 -- Quis esset, inquit, rerum omnium finis. Is est enim profecto quod desideratur ab omnibus; quod quia bonum esse collegimus, oportet rerum omnium finem bonum esse fateamur.

### III,12 (prosa),5-8

5 Mundus hic ex tam diuersis contrariisque partibus in unam formam minime conuenisset nisi unus esset qui tam diuersa coniungeret. 6 Coniuncta uero naturarum ipsa diuersitas inuicem discors dissociaret atque diuelleret nisi unus esset qui quod nexuit contineret. 7 Non tam uero certus naturae ordo procederet nec tam dispositos motus locis, temporibus, efficientia, spatiis, qualitibus explicarent nisi unus esset qui has mutationum uarietates manens ipse disponeret. 8 Hoc, quicquid est, quo condita manent atque agitantur usitato cunctis uocabulo deum nomino.

považuje dobro. A to, kvůli čemu je něco žádáno, zdá se být předmětem největší touhy, tak jako když chce někdo kvůli svému zdraví jezdit na koni, ani tak netouží po pohybu při jízdě jako po účinku pro své zdraví. Je-li tedy vše žádáno kvůli dobru, netouží po tom všichni tolik jako po dobru samém. Už jsme však uznali, že ostatní je požadováno kvůli blaženosti, proto se také tímto způsobem nehledá nic jiného než blaženost. Z toho je jasné jak slunce, že podstata dobra samého i blaženosti je jedna a táž.“

### Cílem všech věcí je dobro:

„Všechno si tedy žádá dobro, a toto můžeš také opsat takto: dobro samo je to, po čem všechno touží.“

„Není možné vymyslet si něco pravdivějšího,“ řekl jsem, „neboť buď není žádné jedno, ke kterému by se všechno vztahovalo, a všechno se po jeho rozpadu jako po rozpadu nějakého vrcholu bude potácet bez někoho, kdo by řídil, nebo je-li něco, k čemu všechno spěje, je to nejvyšší ze všech dober.“

Na to mi řekla: „Můj milý žáku, mám nesmírnou radost, neboť jsi svým duchem zasáhl samotný střed pravdy. Jenže tím jsi odhalil právě to, cos nevěděl, jak jsi před chvílí říkal.“

„A co?“

„Jaký je cíl všech věcí. Je jím to, co si všechny věci přejí; a protože jsme došli k závěru, že tím je dobro, musíme prohlásit, že cílem všech věcí je dobro.“

### Bůh spojuje svět v jednotu:

Tento svět by se rozhodně neexistoval jeden, který tyto rozdílné části spojil. Avšak rozporná rozmanitost podstat by to, co bylo spojeno, zase rozloučila a násilně rozdělila, kdyby neexistoval jeden, který drží pohromadě to, co spojil. A přírodní řád by nepostupoval vpřed s takovou jistotou a nevykonával by pohyby tak uspořádané, pokud jde o místo, dobu, účinnost, prostor a vlastnosti, kdyby neexistoval jeden, který, sám neměnný, tyto mnohotvárné změny pořádá. Ať je to cokoli, působením čeho trvá a je v pohybu to, co bylo vytvořeno, označuji to všeobecně užívaným slovem bůh.“

III,12 (prosa),26-29

26 -- Deum, inquit, esse omnium potentem nemo dubitauerit. -- Qui quidem, inquam, mente consistat nullus prorsus ambigat. 27 -- Qui uero est, inquit, omnium potens, nihil est quod ille non possit.

-- Nihil, inquam.

28 -- Num igitur deus facere malum potest? -- Minime, inquam.

29 -- Malum igitur, inquit, nihil est, cum id facere ille possit qui nihil non potest.

IV,3 (metrum),1-39

1 Uela Neritii ducis	21 iam tamen mala remiges
2 et uagas pelago rates	22 ore pocula traxerant,
3 Eurus appulit insulae,	23 iam sues Cerealia
4 pulchra qua residens dea	24 glande pabula uerterant
5 solis edita semine	25 et nihil manet integrum
6 miscet hospitibus nouis	26 uoce, corpore perditis.
7 tacta carmine pocula.	27 Sola mens stabilis super
8 Quos ut in uarios modos	28 monstra quae patitur gemit.
9 uertit herbipotens manus,	29 O leuem nimium manum
10 hunc apri facies tegit,	30 nec potentia gramina,
11 ille Marmaricus Leo	31 membra quae ualeant licet,
12 dente crescit et unguibus;	32 corda uertere non ualent!
13 hic lupis nuper additus	33 Intus est hominum uigor
14 flere dum parat ululat,	34 arce conditus abdita.
15 ille tigris ut Indica	35 Haec uenena potentius
16 tecta mitis obambulat.	36 detrahunt hominem sibi
17 Sed licet uariis malis	37 dira quae penitus meant
18 numen Arcadis alitis	38 nec nocentia corpori
19 obsitum miserans ducem	39 mentis uulnere saeuunt.
20 peste soluerit hospitis,	

Zlo neexistuje:

Na to řekla: „Nikdo by přece nemohl pochybovat o tom, že bůh je všemohoucí.“

„Rozhodně nikdo se zdravým rozumem,“ řekl jsem.

„Avšak pro toho, kdo je všemohoucí, neexistuje nic, co by nemohl.“

„Ne,“ souhlasil jsem.

„Může tedy bůh učinit něco zlého?“

„Rozhodně ne.“

„Neexistuje tedy žádné zlo, protože je nemůže konat ten, pro něhož nic není nemožné.“

Člověk má svou sílu uvnitř:

*Vítr zadul kdys do plachet  
krále Ithaky, přihnal loď  
mořem bloudící k ostrovu,  
sídlu překrásné bohyně,  
dcery božského Héliá,  
která všem novým přichozím  
nápoj kouzelný namíchá.*

*Znalost bylin jí umožní  
dát jim rozličné podoby:  
v kance jednoho změnila,  
druhý africkým lvem se stal,  
zuby, spáry mu vyrostly.  
Jiný, z něhož se teď stal vlk,  
chtěl by nařkat, vyje však,  
další obchází krotce dům  
jako indická tygřice.  
Ať se nad králem stíženým  
mnoha svázeli slitoval  
Merkur, křídlatý bůh, a jej  
z nástrah Kirčinych zachránil,*

*už se z kouzelných pohárů  
jeho veslaři napili,  
jako prasata jedli pak  
místo chleba jen žaludy,  
hlas i tělo své ztratili,  
nic z nich nezbylo bez změny.  
Jenom mysl je netknutá,  
kvílí nad hrůzným prožitkem.  
Příliš slabá je bohyně,  
málo účinné byliny —  
svedou proměnit údy jen,  
srdce proměnit nesvedou!  
Člověk sílu svou uvnitř má,  
v skryté pevnosti zavřenou.  
Avšak mocněji působí  
strašný jed, který do hloubky  
vnikne, vezme ti vlastní já,  
tělu neškodí, o to hůř  
řádí v myslí, již zraňuje.“*

#### IV,6 (prosa),7-22

7 ... Omnium generatio rerum cunctusque mutabilium naturarum progressus et quicquid aliquo mouetur modo causas, ordinem, formas ex diuinae mentis stabilitate sortitur. 8 Haec in suae simplicitatis arce composita multiplicem rebus gerendis modum statuit. Qui modus cum in ipsa diuinae intellegentiae puritate conspicitur, prouidentia nominatur; cum uero ad ea quae mouet atque disponit refertur, fatum a ueteribus appellatum est. 9 Quae diuersa esse facile liquebit si quis utriusque uim mente conspexerit; nam prouidentia est ipsa illa diuina ratio in summo omnium principe constituta quae cuncta disponit, fatum uero inhaerens rebus mobilibus dispositio per quam prouidentia suis quaeque nectit ordinibus. 10 Prouidentia namque cuncta pariter quamuis diuersa quamuis infinita complectitur, fatum uero singula digere in motum locis, formis ac temporibus distributa, ut haec temporalis ordinis explicatio in diuinae mentis adunata prospectum prouidentia sit, eadem uero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum uocetur.

11 Quae licet diuersa sint, alterum tamen pendet ex altero; ordo namque fatalis ex prouidentiae simplicitate procedit. 12 Sicut enim artifex faciendae rei formam mente praecipiens mouet operis effectum et quod simpliciter praesentarieque prospexerat per temporales ordines ducit, ita deus prouidentia quidem singulariter stabiliterque facienda disponit, fato uero haec ipsa quae disposuit multipliciter ac temporaliter administrat. 13 Siue igitur famulantibus quibusdam prouidentiae diuinis spiritibus fatum exercetur seu anima seu tota inseruiente natura seu caelestibus siderum motibus seu angelica uirtute seu daemonum uaria sollertia seu aliquibus horum seu omnibus fatalis series textitur, illud certe manifestum est immobilem simplicemque gerendarum formam rerum esse prouidentiam, fatum uero eorum quae diuina simplicitas gerenda disposuit mobilem nexum atque ordinem temporalem.

#### Prozřetelnost a osud:

„Zplození všeho na světě, veškerý postup změn podstat a vše, co se nějakým způsobem pohybuje, dostává své příčiny, řád a tvary ze stálosti božské mysli. Ta z hradu své jednoduchosti určuje mnohotvárný způsob své vlády nad světem. Když je tento způsob nazírán v samotné čistotě božského rozumu, říká se mu prozřetelnost; přihlíží-li se však k tomu, čím pohybuje a co řídí, dostal od starých jméno osud. Že to však jsou dvě různé věci, to se snadno ukáže, jestliže člověk svou myslí prohlédne povahu jednoho i druhého. Prozřetelnost je totiž sám božský rozum pevně tkvící v nejvyšším vládci všech věcí, rozum, jenž vše uspořádává, kdežto osud je uspořádání tkvící v proměnlivých věcech; jehož prostřednictvím prozřetelnost vše spojuje podle pravidel každé věci vlastních. Prozřetelnost objímá totiž stejným způsobem všechno, byť rozdílné, byť nekonečné, kdežto osud uvádí v pohyb jednotlivé věci, rozlišené místem, tvarem a časem, takže toto rozvinutí časového pořádku, sjednocené v nazírání božského rozumu, je prozřetelnost, a naopak toto sjednocení, rozčleněno a rozvinuto v čase, se nazývá osud.

Třebaže to jsou dvě rozdílné věci, přece jedna závisí na druhé. Osudový řád vychází totiž z jednoduchosti prozřetelnosti. Tak jako umělec pracuje na díle tak, že si napřed promýšlí tvar toho, co dřív viděl souhrnně a v jednom okamžiku, právě tak bůh prozřetelností jednotně a pevně uspořádává, co se má stát, a osudem mnohostranně a v časovém sledu řídí to, co uspořádal. Ať už se tedy osud uskutečňuje prostřednictvím nějakých božských duchů sloužících prozřetelnosti, nebo ať je sled osudu spřádán nějakou duší, nebo celou sloužící přírodou, nebo pohyby hvězd na nebi, nebo andělskou ctností, nebo rozmanitou vynalézavostí démonů, nebo několika těmito příčinami nebo dokonce všemi dohromady, jedno je rozhodně jisté: že prozřetelnost je nehybnou a jednoduchou formou toho, co se má stát, kdežto osud že je hybné spojení a časový sled toho, co božská jednoduchost uspořádala, aby se stalo.

Tím je dáno, že vše, co podléhá osudu, je podřízeno také pro-



14 Quo fit ut omnia quae fato subsunt prouidentiae quoque subiecta sint, cui ipsum etiam subiacet fatum, quaedam uero quae sub prouidentia locata sunt fati seriem superent; ea uero sunt quae primae propinqua diuinitati stabiliter fixa fatalis ordinem mobilitatis excedunt. 15 Nam ut orbium circa eundem cardinem sese uertentium qui est intimus ad simplicitatem medietatis accedit ceterorumque extra locatorum ueluti cardo quidam circa quem uersentur existit, extimus uero maiore ambitu rotatus quanto a puncti media indiuiduitate discedit tanto amplioribus spatiis explicatur, si quid uero illi se medio conectat et societ in simplicitatem cogitur diffundique ac diffluere cessat: Simili ratione quod longius a prima mente discedit maioribus fati nexibus implicatur ac tanto aliquid fato liberum est quanto illum rerum cardinem uicinius petit. 16 Quodsi supernae mentis haeserit firmitati, motu carens fati quoque supergreditur necessitatem. 17 Igitur uti est ad intellectum ratiocinatio, ad id quod est id quod gignitur, ad aeternitatem tempus, ad punctum medium circulus, ita est fati series mobilis ad prouidentiae stabilem simplicitatem. 18 Ea series caelum ac sidera mouet, elementa in se inuicem temperat et alterna commutatione transformat, eadem nascentia occidentiaque omnia per similes fetuum seminumque renouat progressus. 19 Haec actus etiam fortunasque hominum indissolubili causarum conexione constringit; quae cum ab immobilis prouidentiae proficiscatur exordiis, ipsas quoque immutabiles esse necesse est. 20 Ita enim res optime reguntur si manens in diuina mente simplicitas indeclinabilem causarum ordinem promat, hic uero ordo res mutabiles et alioquin temere fluituras propria incommutabilitate coherceat. 21 Quo fit ut, tametsi uobis hunc ordinem minime considerare ualentibus confusa omnia perturbataque uideantur, nihilo minus tamen suus modus ad bonum dirigens cuncta disponat. 22 Nihil est enim quod mali causa ne ab ipsis quidem improbis fiat; quos, ut uberrime demonstratum est, bonum quaerentes prauus error auertit, nedum ordo de summi boni cardine proficiens a suo quoquam deflectat exordio.

zřetelnosti, již i sám osud je poddán, avšak některé věci, nad nimiž vládne prozřetelnost, jsou nad během osudu. Jsou to ony věci, které jsou nastalo upevněny blízko prvního božstva a vymykají se z řádu osudové hybnosti. Je to jako se soustřednými kruhy, otáčejícími se kolem téže osy. Nejvnitřnější kruh se nejvíc přibližuje k jednoduchosti středu a je jakousi osou ostatních, ležících mimo něj a otáčejících se kolem něho, kdežto kruh nejvnějšnější, otáčející se ve větším okruhu, se rozvíjí v tím větším prostoru, čím víc je vzdálen od nedělitelného středového bodu. Jestliže se však něco připojí a přidruží k onomu středu, stáhne se dohromady k jednoduchosti a přestane se rozpínat a roztékat, a podobně to, co se víc vzdálí od oné první mysli, zaplete se do mohutnějších pout osudu, a naopak čím víc se něco přibližuje oné ose věcí, tím víc se osvobozuje od závislosti na osudu. Jestliže něco utkvělo v pevné stálosti nejvyšší mysli, je prosto pohybu a vymyká se i osudové nutnosti. V jakém poměru je tedy uvažování k rozumu, to, co vzniká, k tomu, co je, časnost k věčnosti, kruh ke středu, v takovém poměru je hybný běh osudu k pevné jednoduchosti prozřetelnosti.

Onen běh uvádí v pohyb nebe a hvězdy, střídavě mísí prvky a přetváří je vzájemnou změnou. Obnovuje rovněž všechno, co se rodí a umírá, stále podobnou posloupností plodů a semen. Tento běh svazuje též lidské činy a příběhy nerozpojitelným řetězem příčin, které nutně jsou též neměnné, protože pocházejí z počátku nehybné prozřetelnosti.

Věci jsou totiž nejlépe řízeny, jestliže jednoduchost trvajících v božské mysli vytváří neměnný pořádek příčin, tento pořádek pak svou neměnností drží pohromadě věci proměnlivé, které by jinak plynuly nahodile.

Tím se stává, že tento řád má svou míru a ta vše řídí a uspořádává k dobru, ač se vám, neschopným onen řád pozorovat, všechno zdá zmatené a popletené. Neexistuje totiž nic, co by bylo děláno kvůli zlu, dokonce ani nešlechtní nedělají nic kvůli zlu. Bylo už v míře víc než dostačující dokázáno, že je při hledání dobra svádí z pravé cesty zlý omyl. Nelze si ani pomyslet, že by se řád vycházející z nejvyššího dobra jako ze svého středového bodu mohl někam odchýlit od svého počátku.

V,1 (prosa),8-10

8 ... Si quidem, inquit, aliquis euentum temerario motu nullaue causarum conexione productum casum esse definiat, nihil omnino casum esse confirmo et praeter subiectae rei significationem inanem prorsus uocem esse decerno. Quis enim coercente in ordinem cuncta deo locus esse ullus temeritati reliquus potest? 9 Nam nihil ex nihilo exsistere uera sententia est, cui nemo umquam ueterum refragatus est, quamquam id illi non de operante principio sed de materiali subiecto hoc omnium de natura rationum quasi quoddam iecerint fundamentum. 10 At si nullis ex causis aliquid oriatur, id de nihilo ortum esse uidebitur; quodsi hoc fieri nequit, ne casum quidem huius modi esse possibile est qualem paulo ante definiuimus.

V,2 (prosa),1-11

1 Animaduerto, inquam, idque uti tu dicis ita esse consentio. 2 Sed in hac haerentium sibi serie causarum estne ulla nostri arbitrii libertas an ipsos quoque humanorum motus animorum fatalis catena constringit? 3 -- Est, inquit; neque enim fuerit ulla rationalis natura quin eidem libertas adsit arbitrii. 4 Nam quod ratione uti naturaliter potest id habet iudicium quo quidque discernat; per se igitur fugienda optandaue dinoscit. 5 Quod uero quis optandum esse iudicat petit, refugit uero quod aestimat esse fugiendum. 6 Quare quibus in ipsis inest ratio etiam uolendi nolendique libertas, sed hanc non in omnibus aequam esse constituo. 7 Nam supernis diuinisque substantiis et perspicax iudicium et incorrupta uoluntas et efficax optatorum praesto est potestas. 8 Humanas uero animas liberiores quidem esse necesse est cum se in mentis diuinae speculatione conseruant, minus uero cum dilabuntur ad corpora, minusque etiam cum terrenis artibus colligantur. 9 Extrema uero est seruitus cum uitiis deditae rationis propriae possessione ceciderunt. 10 Nam ubi oculos a summae luce ueritatis ad inferiora et tenebrosa deiecerint, mox inscitiae nube caligant, perniciosius turbantur affectibus, quibus accedendo consentiendoque quam inuexere sibi adiuuant seruitutem et sunt quodam modo propria libertate captiuae. 11 Quae tamen ille ab aeterno cuncta prospiciens prouidentiae cernit intuitus et suis quaeque meritis praedestinata disponit.

Neexistuje náhoda:

„Jestliže by někdo definoval náhodu jako událost vzniklou bezcílným pohybem bez příčinné souvislosti, pak tvrdím, že náhoda vůbec neexistuje, a prohlašuji, že je to jen prázdné jméno neoznačující nic skutečného, co by bylo jeho podkladem. Jaké místo by přece mohlo zůstat pro něco bezúčelného, jestliže bůh všechno drží pohromadě svým pořádkem? Vždyť to, že z něčeho nemůže nic vzniknout, je pravdivá věta a jakýsi základ všech učení o přírodě; nikdy nikdo ze starých myslitelů ji nevyvracel, třebaže nevycházeli z činného principu, ale z hmotného podkladu. Kdyby však něco vzniklo bez příčiny, zdálo by se, že to vzniklo z něčeho. Protože to je nemožné, není možná ani taková náhoda, jak jsme ji před chvílkou definovali.“

Svoboda rozhodování:

„Uvědomuji si to,“ řekl jsem, „a souhlasím, že je to tak, jak říkáš. Avšak máme v této řadě příčin spolu svázaných nějakou svobodu rozhodování, nebo poutá osudový řetěz i lidská duševní hnutí?“

„Svoboda rozhodování existuje,“ řekla ona, „nemohla by přece existovat žádná rozumná bytost, které by chyběla svoboda rozhodování. Vždyť co je od přirozenosti schopné užívat rozumu, to má úsudek, kterým každou věc rozlišuje; poznává tedy samo od sebe, čemu je třeba se vyhnout a co je třeba si přát. Každý pak žádá to, co je třeba si přát, a prchá před tím, čemu je třeba se vyhnout. Proto bytosti, které mají rozum, mají i svobodu chtít a nechtít. Tvrdím však, že tato svoboda není u všech stejná. Nebeské, božské bytosti mají totiž pronikavý úsudek, neporušenou vůli a sílu schopnou uskutečnit to, po čem touží. Lidské duše jsou nutně svobodnější, když setrvávají v pozorování božského ducha, avšak méně svobodné, když sestupují k tělům, a ještě méně, když jsou spojeny s pozemskými údy. Krajní otroctví pak nastává tenkrát, když oddány neřestem přestávají být pány vlastního rozumu. Vždyť kdykoli obrátí pohled od světla nejvyšší pravdy k věcem nižším a temným, hned se zahalí mlhou nevědomosti a jsou uvedeny ve zmatek zhoubnými vášněmi. Když se s nimi sblíží a ztotožní, posilují v sobě otroctví, které na sebe vzaly, a jsou jistým způsobem zajatkyňmi své vlastní svobody. Jenže pohled prozřetelnosti předvídáající všechno od věčnosti to vidí a podle zásluh uspořádává, co bylo předurčeno.“

V,3 (prosa),3-21

3 -- Nimum, inquam, aduersari ac repugnare uidetur praenosceri uniuersa deum et esse ullum libertatis arbitrium. 4 Nam si cuncta prospicit deus neque falli ullo modo potest, euenire necesse est quod prouidentia futurum esse praeuiderit. 5 Quare si ab aeterno non facta hominum modo sed etiam consilia uoluntatesque praenoscit, nulla erit arbitrii libertas; neque enim uel factum aliud ullum uel quaelibet existere poterit uoluntas nisi quam nescia falli prouidentia diuina praesenserit. 6 Nam si aliorum quam prouisa sunt detorqueri ualent, non iam erit futuri firma praescientia, sed opinio potius incerta; quod de deo credere nefas iudico.

7 Neque enim illam probo rationem qua se quidam credunt hunc quaestionis nodum posse dissoluere. 8 Aiunt enim non ideo quid esse euenturum quoniam id prouidentia futurum esse prospexerit, sed e contrario potius quoniam quid futurum est id diuinam prouidentiam latere non posse eoque modo necessarium hoc in contrariam relabi partem. 9 Neque enim necesse esse contingere quae prouidentur, sed necesse esse quae futura sunt prouideri quasi uero quae cuius rei causa sit, praescientiane futurorum necessitatis an futurorum necessitas prouidentiae, laboretur ac non illud demonstrare nitamur, quoquo modo sese habeat ordo causarum necessarium esse euentum praescitarum rerum etiam si praescientia futuris rebus eueniendi necessitatem non uideatur inferre.

10 Etenim si quispiam sedeat, opinionem quae eum sedere coniectat ueram esse necesse est; atque e conuerso rursus, si de quopiam uera sit opinio quoniam sedet, eum sedere necesse est. 11 In utroque igitur necessitas inest, in hoc quidem sedendi, at uero in altero ueritatis. 12 Sed non idcirco quisque sedet quoniam uera est opinio, sed haec potius uera est quoniam quempiam sedere praecessit. 13 Ita cum causa ueritatis ex altera parte procedat, inest tamen communis in utraque necessitas.

Svoboda volby a boží předvědění:

„Zdá se mi, že si příliš protřečl a odporuje, aby bůh znal vše předem a aby byla nějaká svoboda rozhodování. Vždyť předvídá-li bůh všechno a vůbec se nemůže mylit, nutně se musí stát to, co jeho předvídání vidělo napřed, že se stane. Proto jestliže od věčnosti zná předem nejen činy lidí, ale i jejich úmysly a rozhodnutí, nebude žádná svoboda rozhodování. Nemůže přece existovat žádný jiný čin a žádná jiná vůle kromě té, o které neomylné božské předvídání už dávno ví. Vždyť je-li možné odchytil něco jiným směrem, než jaký byl předvídán, nelze už mluvit o bezpečném předvídání budoucnosti, ale spíše o nejistém tušení; věřit něco takového o bohu považují však za rouhání.

Neschvaluji úvahu, o které někteří věří, že jim pomůže odpovědět na tuto zauzlenou otázku. Oni totiž říkají: není pravda, že se něco stane proto, že předvídání vidělo napřed, že se to stane, ale spíše je pravdou opak — co se má stát, nemůže zůstat utajeno před božským předvídáním, a takto se tato nutnost převrátí. Není nutné, aby se stalo, co je předvídáno, ale je nutné, aby bylo předvídáno, co se stane, jako by otázka zněla, co je čeho příčinou, totiž zda je předvědění budoucího příčinou nutnosti, nebo zda je nutnost budoucího příčinou předvídání, a jako bychom se místo toho neměli snažit dokázat, že bez ohledu na řád příčin je nutné, aby se předvídané věci udály, i když se nezdá, že předvědění přináší budoucím věcem nutnost, aby se udály.

Jestliže někdo sedí, nutně musí být pravdivé mínění, že sedí, a právě tak obráceně jestliže je pravdivé mínění, že někdo sedí, nutně sedí. V obojím případě je tu tedy nutnost, v jednom nutnost sedění, v druhém nutnost pravdy. Jenže nesedí někdo proto, že je takové mínění pravdivé, ale spíš je toto mínění pravdivé proto, že ten člověk dříve seděl. Tak přestože příčina pravdy vychází z jedné strany, přece je oběma stranám společná nutnost.

14 Similia de prouidentia futurisque rebus ratiocinari patet. Nam etiam si idcirco quoniam futura sunt prouidentur, non uero ideo quoniam prouidentur eueniunt, nihilo minus tamen a deo uel uentura prouideri uel prouisa necesse est euenire prouisa, quod ad perimendam arbitrii libertatem solum satis est. 15 Iam uero quam praeposterum est ut aeternae praescientiae temporalium rerum euentus causa esse dicatur! 16 Quid est autem aliud arbitrari ideo deum futura quoniam sunt euentura prouidere quam putare quae olim acciderunt causam summae illius esse prouidentiae? 17 Ad haec, sicuti cum quid esse scio id ipsum esse necesse est ita cum quid futurum noui id ipsum futurum esse necesse est; sic fit igitur ut euentus praescitae rei nequeat euitari. 18 Postremo si quid aliquis aliorum atque sese res habet, existimet, id non modo scientia non est, sed est opinio fallax ab scientiae ueritate longe diuersa. 19 Quare si quid ita futurum est ut eius certus ac necessarius non sit euentus, id euenturum esse praesciri qui poterit? 20 Sicut enim scientia ipsa impermixta est falsitati ita id quod ab ea concipitur esse aliter atque concipitur nequit. 21 Ea namque causa est cur mendacio scientia careat, quod se ita rem quamque habere necesse est uti eam sese habere scientia comprehendit.

#### V,4 (prosa),1-25

1 Tum illa: Uetus, inquit, haec est de prouidentia querela M.que Tullio, cum diuinationem distribuit, uehementer agitata tibi que ipsi res diu prorsus multumque quaesita, sed haudquaquam ab ullo uestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. 2 Cuius caliginis causa est quod humanae ratiocinationis motus ad diuinae praescientiae simplicitatem non potest amoueri; quae si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur ambigui. 3 Quod ita demum patefacere atque expedire temptabo, si prius ea quibus moueris expendero. 4 Quaero enim cur illam soluentium rationem minus efficacem putes quae quia praescientiam non esse futuris rebus causam necessitatis existimat nihil impediri praescientia arbitrii libertatem putat. 5 Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis nisi quod ea quae

Je zřejmé, že lze dojít k podobným závěrům, pokud jde o předvídání a budoucnost. Neboť i když se budoucnost předvídá, protože se uskuteční, a neuskuteční se proto, že je předvídána, přesto je nutné, aby buď bůh předvídal, co se stane, nebo aby se stalo, co bylo předvídáno — a to samo stačí k zmaření svobody rozhodování. Jak je však zpozdilé říkat, že uskutečnění věcí časných je příčinou věčného předvzdění. Avšak soudit, že bůh předvídá budoucí věci proto, že se mají stát, co je to jiného než věřit, že co se kdysi stalo, je příčinou onoho svrchovaného předvídání.

Navíc právě tak jako když vím, že něco je, musí to skutečně být, stejně tak když vím, že něco bude, musí se to skutečně v budoucnosti stát. Z toho vyplývá, že uskutečnění předvídání věci je nevyhnutelné.

Konečně jestliže někdo o něčem soudí jinak, než jak se věc má, nejen že to není vědění, ale je to klamné mínění, daleko se vzdalující od pravdy vědění. Proto jestliže je něco takovým způsobem budoucí, že uskutečnění není ani jisté, ani nutné, jak bude možno předem vědět, že se to uskuteční? Vždyť tak jako vědění nesnese smísení s nepravdou, stejně nemůže být předmět vědění jiný, než jak je věděním pojat. Příčinou toho, že vědění v sobě nemá lež, je právě to, že nutně každá věc je taková, jak vědění chápe, že je.

#### Předvzdění neimplikuje nutnost:

Tu řekla: „Tento spor o předvídání je starý. Horlivě ho probíral Marcus Tullius ve svém spise o věštění, a ty sám jsi o něm dlouho a důkladně bádala, avšak nikdo z vás ho dosud dost pečlivě a určitě nevyložil. Příčina takové mlhavosti spočívá v tom, že prostředky lidského myšlení nelze dojít k jednoduchosti božského předvzdění. Kdyby bylo možné toto předvzdění nějak pochopit, nezbylo by už nic pochybného. Pokusím se ti to konečně objasnit a vysvětlit, napřed však prozkoumáme to, co tě zneklidňuje.

Ptám se totiž, proč považuješ za málo účinný takový pokus o řešení problému, který nepokládá předvzdění za příčinu toho, co se stane, a domnívá se proto, že předvzdění není vůbec žádnou překážkou pro svobodu rozhodování. Nalézáš snad důkaz nutnosti toho, co se stane, někde jinde než v tom, že co se vědělo předem,

praesciuntur non euenire non possunt? 6 Si igitur praenotio nullam futuris rebus adicit necessitatem, quod tu etiam paulo ante fatebare, quid est quod uoluntarii exitus rerum ad certum cogantur euentum? 7 Etenim positionis gratia, ut quid consequatur aduertus, statuamus nullam esse praescientiam. 8 Num igitur, quantum ad hoc attinet, quae ex arbitrio ueniunt ad necessitatem cogantur? -- Minime. 9 -- Statuamus iterum esse, sed nihil rebus necessitatis iniungere; manebit, ut opinor, eadem uoluntatis integra atque absoluta libertas. 10 Sed praescientia, inquires, tametsi futuris eueniendi necessitas non est, signum tamen est necessario ea esse uentura. 11 Hoc igitur modo, etiam si praecognitio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret; omne etenim signum tantum quid sit ostendit, non uero efficit quod designat. 12 Quare demonstrandum prius est nihil non ex necessitate contingere, ut praenotionem signum esse huius necessitatis appareat; alioquin si haec nulla est, ne illa quidem eius rei signum poterit esse quae non est. 13 Iam uero probationem firma ratione subnixam constat non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis sed ex conuenientibus necessariisque causis esse ducendam.

14 Sed qui fieri potest ut ea non proueniant quae futura esse prouidentur? Quasi uero nos ea quae prouidentia futura esse praenoscit non esse euentura credamus ac non illud potius arbitremur, licet eueniant, nihil tamen ut euenirent sui natura necessitatis habuisse. 15 Quod hinc facile perpendas licebit: Plura etenim dum fiunt subiecta oculis intuemur, ut ea quae in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur aurigae, atque ad hunc modum cetera. 16 Num igitur quicquam illorum ita fieri necessitas ulla compellit? -- Minime; frustra enim esset artis effectus si omnia coacta mouerentur. 17 -- Quae igitur cum fiunt carent existendi necessitate eadem prius quam fiant sine necessitate futura sunt. 18 Quare sunt quaedam euentura quorum exitus ab omni necessitate sit absolutus. 19 Nam illud quidem nullum arbitror

nemůže se nestat? Jestliže tedy předvědění nepropůjčuje tomu, co se má stát, žádnou nutnost, což jsi i ty před nedávnem uznal za pravdivé, proč jsou volní činy nuceny dospět k výsledkům s jistotou předurčeným?

Abys věděl, co z toho vzejde, předpokládejme například, že neexistuje žádné předvědění. Jsou v takovém případě děje založené na svobodném rozhodnutí podřízeny nutnosti?“

„Rozhodně ne.“

„A teď znova předpokládejme, že předvědění existuje, ale že neukládá věcem žádnou nutnost: pak, jak se domnívám, zůstane táž svoboda vůle, nedotčená a úplná.“

Řekneš však, že i když předvědění neznamená nutnost, aby se v budoucnosti něco stalo, přece jen je znamením, že se to nutně stane, to jest bylo by jisté, že by se budoucí nutně uskutečnilo, i kdyby neexistovalo předvědění, neboť každé znamení jen ukazuje, co je, avšak nezpůsobuje to, co naznačuje. Proto by se nejdříve muselo dokázat, že neexistuje nic, co by se nedálo z nutnosti, aby se prokázalo, že předvědění je znamením této nutnosti. Jinak, jestliže žádná nutnost není, pak ani předvědění nebude moci být znamením něčeho, co není. Je však jisté, že důkaz podepřený bezpečnou úvahou nesmí vycházet ze znamení nebo z důvodů braných zvnějšku, ale jen z přiměřených a nutných příčin.

Jak by se však mohlo stát, řekneš, aby se neuskutečnilo něco, o čem se předem ví, že se stane? Jako bychom nevěřili, že se uskuteční to, o čem předvídaní ví, že se stane, a nedomnívali se spíš, že i když se to stane, nemělo to svou podstatou ani trochu nutnosti, aby se uskutečnilo. Snadno to budeš moci pochopit z následujících.

Pozorujeme přece mnoho věcí vlastníma očima v okamžiku, kdy se odehrávají, třeba to, co vidíme dělat vozky při řízení a otáčení kvadrig, a jiné věci toho druhu. Způsobuje snad nějaká nutnost, aby se cokoli z toho uskutečnilo právě takto?“

„To ne. To by přece výkon umění byl marný, kdyby se všechno pohybovalo z donucení.“

„Věci, které jsou při svém vzniku prosté nutnosti vzniknout, jsou před svým vznikem věcmi, které se stanou bez nutnosti. Jsou tedy některé věci, které se mají v budoucnosti uskutečnit a jejichž uskutečnění je prosté jakékoli nutnosti. Já si myslím,

esse dicturum, quod quae nunc fiunt prius quam fierint euentura non fuerint. Haec igitur etiam praecognita liberos habent euentus. 20 Nam sicut scientia praesentium rerum nihil his quae fiunt ita praescientia futurorum nihil his quae uentura sunt necessitatis importat. 21 Sed hoc, inquis, ipsum dubitatur an earum rerum quae necessarios exitus non habent ulla possit esse praenotio. 22 Dissonare etenim uidentur, putasque si praeuideantur consequi necessitatem, si necessitas desit minime praesciri, nihilque scientia comprehendí posse nisi certum. 23 Quodsi quae incerti sunt exitus ea quasi certa prouidentur, opinionis id esse caliginem non scientiae ueritatem; aliter enim ac sese res habeat arbitrari ab integritate scientiae credis esse diuersum. 24 Cuius erroris causa quod omnia quae quisque nouit ex ipsorum tantum uim atque natura cognosci aestimat quae sciuntur. 25 Quod totum contra est; omne enim quod cognoscitur non secundum sui uim sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem.

že nikdo nebude tvrdit, že co se nyní děje, nemělo v sobě už předtím, než se stalo, možnost stát se. I tyto věci se tedy uskutečňují svobodně, třebaže byly známé už předem. Znalost přítomných věcí nepřináší žádnou nutnost tomu, co se uskutečňuje, a stejně tak předběžná znalost věcí budoucích nepřináší žádnou nutnost tomu, co přijde. Můžeš mi ovšem říci, že se pochybuje právě o tom, zda je možné znát předem to, co se nutně nemusí uskutečnit. Zdá se totiž, že tady je rozpor, a myslíš si, že jsou-li věci předvídaný, vyplývá z toho nutnost, a jestliže nutnost chybí, rozhodně nemohou být známé předem, a že nic nemůže být předmětem vědění, není-li to jisté. Vždyť jestliže věci, jejichž výsledek není jistý, jsou předvídaný, jako by byly jisté, jde o mlhavé mínění, nikoli o pravdivé vědění. Ty se domníváš, že soudit o věci jinak, než jaká je, je neslučitelné s poctivým věděním. Příčinou tohoto omylu je, že si každý myslí, že všechno, co zná, je poznáváno jen díky své přirozenosti, a zatím je to právě naopak. Všechno, co je poznáváno, není totiž chápáno podle své přirozenosti, ale spíše podle schopnosti poznávajících.

V,6 (prosa),1-41

1 Quoniam igitur, uti paulo ante monstratum est, omne quod scitur non ex sua sed ex comprehendentium natura cognoscitur, intueamur nunc quantum fas est quis sit diuinae substantiae status, ut quaenam etiam scientia eius sit possimus agnoscere. 2 Deum igitur aeternum esse cunctorum ratione degentium commune iudicium est. 3 Quid sit igitur aeternitas consideremus; haec enim nobis naturam pariter diuinam scientiamque patefacit. 4 Aeternitas igitur est interminabilis uitae tota simul et perfecta possessio. Quod ex collatione temporalium clarius liquet. 5 Nam quicquid uiuit in tempore id praesens a praeteritis in futura procedit nihilque est in tempore constitutum quod totum uitae suae spatium pariter possit amplecti, sed crastinum quidem nondum apprehendit hesternum uero iam perdidit; in hodierna quoque uita non amplius uiuitis quam in illo mobili transitorioque momento. 6 Quod igitur temporis patitur condicionem, licet illud, sicuti de mundo censuit Aristoteles, nec coeperit unquam esse nec desinat uitaeque eius cum temporis infinitate tendatur, nondum tamen tale est ut aeternum esse iure credatur. 7 Non enim totum simul infinitae licet uitae spatium comprehendit atque complectitur, sed futura nondum, transacta iam non habet. 8 Quod igitur interminabilis uitae plenitudinem totam pariter comprehendit ac possidet, cui neque futuri quicquam absit nec praeteriti fluxerit, id aeternum esse iure perhibetur idque necesse est et sui compos praesens sibi semper assistere et infinitatem mobilis temporis habere praesentem.

9 Unde non recte quidam, qui cum audiunt uisum Platoni mundum hunc nec habuisse initium temporis nec habiturum esse defectum hoc modo conditori mundum fieri coaeternum putant. 10 Aliud est enim per interminabilem duci uitam, quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis uitae totam pariter complexum esse praesentiam, quod diuinae mentis proprium esse manifestum est. 11 Neque deus conditis rebus antiquior uideri debet temporis quantitate sed simplicis potius proprietate naturae. 12 Hunc enim uitae immobilis praesentarium statum infinitus ille temporalium rerum motus imitatur, cumque eum effingere atque aequare non possit, ex immobilitate deficit in motum, ex simplicitate praesentiae decrescit in infinitam futuri ac praeteriti quantitatem, et cum totam pariter

Věčnost:

Protože se tedy, jak bylo před chvílí dokázáno, všechno, co je známo, nezískává z přirozenosti věcí, ale z přirozenosti poznávajících, podívejme se nyní, pokud je to dovoleno, jaký je stav božské podstaty, abychom mohli zjistit, jaké je její vědění.

Že bůh je věčný, to je společný soud všech rozumem obdařených. Uvažujme tedy, co je to věčnost. Ta nám totiž odhalí zároveň božskou podstatu a božské vědění. Věčnost je tedy úplné a dokonalé vlastnictví neomezeného, nikdy nekončícího života, což se jasněji ukáže při srovnání s dočasným. Vše, co žije v čase, to jako přítomné přechází od minulosti k budoucnosti a není nic zařazeného v čase, co by mohlo zároveň obsáhnout celé trvání svého života. Vždyť zítřek to ještě neuchopilo, včerejšek už to ztratilo, a v dnešním životě také nežijete déle než onen prchavý a pomíjivý okamžik. I kdyby tedy to, co je podřízeno času, nikdy nezačalo ani nepřestalo být, jak to tvrdil Aristotelés o světě, a i kdyby se jeho život rozpínal do nekonečna času, přesto by to stále ještě nebylo takové, aby to mohlo být právem považováno za věčné. Vždyť nezahrnuje a neobjímá současně celý rozsah života byť nekonečného, nýbrž budoucnost ještě nemá, minulost už nemá. Co tedy zároveň zahrnuje a vlastní celou plnost neomezeného života, čemu nechybí vůbec nic z budoucnosti ani neuteklo vůbec nic z minulosti, to je právem považováno za věčné a nutně má plnou moc nad sebou, jako přítomné stále v sobě spočívá a nekonečnost plynoucího času je pro něho stále přítomná.

Proto nemají pravdu lidé, kteří, slyší-li Platónův názor, že tento svět nikdy neměl začátek v čase a nikdy nebude mít konec, věří, že takto se stvořený svět stává stejně věčným jako jeho tvůrce. Něco jiného je totiž nekonečný život vést, což přisoudil světu Platón, něco jiného nekonečný život naráz obsáhnout jako přítomnost, což zřejmě je vlastní božské myslí.

Nesmí také vzniknout zdání, jako by bůh byl starší než stvořené věci rozsahem času, ale spíš tím, že má jednoduchou přirozenost. Tento trvale přítomný stav nehybného života je totiž jen napodobován oním nekonečným pohybem věcí časných, a protože jej nemůže vytvořit ani se mu vyrovnat, stav nehybnosti nahrazuje stavem pohybu, to jest z jednoduchosti přítomnosti klesá v nekonečný rozsah budoucnosti a minulosti; a protože nemůže vlastnit naráz celou plnost svého života, právě tím, že jaksi nikdy nepřestá-

uitae suae plenitudinem nequeat possidere, hoc ipso quod aliquo modo numquam esse desinit illud quod implere atque exprimere non potest aliquatenus uidetur aemulari alligans se ad qualemcumque praesentiam huius exigui uolucrisque momenti, quae quoniam manentis illius praesentiae quandam gestat imaginem, quibuscumque contigerit id praestat ut esse uideantur. 13 Quoniam uero manere non potuit, infinitum temporis iter arripuit eoque modo factum est ut continuaret eundo uitam cuius plenitudinem complecti non ualuit permanendo. 14 Itaque si digna rebus nomina uelimus imponere, Platonem sequentes deum quidem aeternum, mundum uero dicamus esse perpetuum.

15 Quoniam igitur omne iudicium secundum sui naturam quae sibi subiecta sunt comprehendit, est autem deo semper aeternus ac praesentarius status, scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem in suae manet simplicitate praesentiae infinitaque praeteriti ac futuri spatia complectens omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione considerat. 16 Itaque si praeuidentiam pensare uelis qua cuncta dinoscit, non esse praescientiam quasi futuri sed scientiam numquam deficientis instantiae rectius aestimabis. 17 Unde non praeuidentia sed prouidentia potius dicitur, quod porro a rebus infimis, constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. 18 Quid igitur postulas ut necessaria fiant quae diuino lumine lustrentur, cum ne homines quidem necessaria faciant esse quae uideant? 19 Num enim quae praesentia cernis aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus? -- Minime. 20 -- Atqui si est diuini humanique praesentis digna collatio, uti uos uestro hoc temporario praesenti quaedam uidetis ita ille omnia suo cernit aeterno. 21 Quare haec diuina praenotio naturam rerum proprietatemque non mutat taliaque apud se praesentia spectat qualia in tempore olim futura prouenient. 22 Nec rerum iudicia confundit unoque suae mentis intuitu tam necessarie quam non necessarie uentura dinoscit, sicuti uos cum pariter ambulare in terra hominem et oriri in caelo solem uidetis, quamquam simul utrumque conspectum tamen discernitis et hoc uoluntarium illud esse necessarium iudicatis. 23 Ita igitur cuncta dispiciens diuinus intuitus qualitatem rerum minime perturbat apud se quidem praesentium ad condicionem uero temporis futurarum. 24 Quo fit,

vá být, jako by soupeřil do jisté míry s tím, co vyplnit a vyjádřit nemůže, a připíná se k přítomnosti tohoto nepatrného a prchavého okamžiku, ať je jakákoliv, k přítomnosti, která vzhledem k tomu, že v sobě nese jakýsi obraz oné trvalé přítomnosti; propůjčuje všemu, čemu se jí dostane, zdání bytí.

Protože však tento stav nemohl trvale zůstat, zvolil si nekonečnou cestu času, a tak se stalo, že tímto putováním činí nepřetržitým život, jehož plnost nebyl schopen obsáhnout trváním. A tak chceme-li dát věcem výstižná jména, řiďme se Platónem a říkejme, že bůh je věčný, svět ustavičný.

Protože tedy každý soud chápe vše, co je jeho předmětem, podle své přirozenosti a bůh se nalézá stále ve věčném přítomném stavu, trvá v jednoduchosti své přítomnosti, objímá nekonečnou dobu minulosti i budoucnosti a svým jednoduchým poznáním nazírá všechno, jako by se už dělo. Chceš-li tedy správně zvážít ono předvidání, jímž všechno rozpoznává, nebudeš je považovat za něco jako předvedění budoucnosti, ale správněji za vědění o přítomnosti nikdy nepřestávající. Proto se tomu spíš říká providentia — vidění dopředu než praeuidentia — vidění napřed, protože postaveno vysoko nad věcí nejnižší vidí všechno před sebou jako z nějakého výsostného vrcholu věcí.

Proč tedy žádáš, aby se nutně stalo to, co je spatřeno božským světlem, když ani lidé nepovažují za nutné to, co vidí? Dodává snad tvůj pohled tomu, co vidíš jako přítomné, nějakou nutnost?“

„To ne.“

„Avšak jestliže je vůbec možné nějaké přiměřené srovnání přítomnosti božské a lidské, tedy jako vy vidíte jisté věci ve své přítomnosti dočasné, tak bůh vidí všechno ve své přítomnosti věčné. Proto toto božské předvedění nemění podstatu ani vlastnosti věcí a vidí je u sebe jako přítomné takové, jaké se jednou v budoucnu stanou. Nemíchá tedy dohromady soudy o věcech a jediným pohledem své mysli rozpoznává věci, které mají přijít nutně, a věci, které nutně přijít nemají. Tak jako vy, když vidíte současně jít člověka na zemi a vycházet slunce na nebi, i když spatříte obojí najednou, přece to rozlišujete a jedno považujete za dobrovolné, druhé za nutné, stejně tak tedy božský pohled prohlédávající vše ani v nejmenším nemate vlastnosti věcí, které jsou pro něho přítomné, avšak v podmínkách času budoucí. Proto to



ut hoc non sit opinio sed ueritate potius nixa cognitio, cum exstaturum quid esse conoscit quod idem existendi necessitate carere non nesciat. 25 Hic si dicas quod euenturum deus uidet id non euenire non posse, quod autem non potest non euenire id ex necessitate contingere, meque ad hoc nomen necessitatis adstringas, fatebor rem quidem solidissimae ueritatis sed cui uix aliquis nisi diuini speculator accesserit. 26 Respondebo namque idem futurum cum ad diuinam notionem refertur necessarium, cum uero in sua natura perpenditur liberum prorsus atque absolutum uideri. 27 Duae sunt etenim necessitates, simplex una, ueluti quod necesse est omnes homines esse mortales, altera condicionis, ut si aliquem ambulare scias eum ambulare necesse est. 28 Quod enim quisque nouit id esse aliter ac notum est nequit, sed haec condicio minime se cum illam simplicem trahit. 29 Hanc enim necessitatem non propria facit natura sed condicionis adiectio; nulla enim necessitas cogit incedere uoluntate gradientem, quamuis eum tum cum graditur incedere necessarium sit. 30 Eodem igitur modo, si quid prouidentia praesens uidet, id esse necesse est tametsi nullam naturae habeat necessitatem. 31 Atqui deus ea futura quae ex arbitrii libertate proueniunt praesentia contuetur; haec igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per condicionem diuinae notionis, per se uero considerata ab absoluta naturae suae libertate non desinunt. 32 Fient igitur procul dubio cuncta quae futura deus esse praenoscat, sed eorum quaedam de libero proficiscuntur arbitrio, quae quamuis eueniant existendo tamen naturam propriam non amittunt quae prius quam fierent etiam non euenire potuissent. 33 Quid igitur refert non esse necessaria, cum propter diuinae scientiae condicionem modis omnibus necessitatis instar eueniet? 34 Hoc scilicet quod ea quae paulo ante proposui, sol oriens et gradus homo, quae dum fiunt non fieri non possunt, eorum tamen unum prius quoque quam fieret necesse erat existere, alterum uero minime. 35 Ita etiam, quae praesentia deus habet dubio procul existent, sed eorum hoc quidem de rerum necessitate descendit illud uero de potestate facientium. 36 Haud igitur iniuria diximus haec si ad diuinam notitiam referantur necessaria, si per se considerentur necessitatis esse nexibus absoluta, sicuti omne quod sensibus patet

není domněnka, ale spíš znalost opřená o pravdu, když on ví, že se stane něco, o čem zároveň dobře ví, že se stát nemusí.

Jestliže nyní řekneš, že to, co bůh vidí, že se stane, nemůže se nestat, a že co se nemůže nestat, děje se z nutnosti, a vážeš mě tak k tomuto slovu „nutnost“, připustím, že je to sice věc naprosto pravdivá, ale taková, že by k ní těžko mohl dospět někdo jiný než člověk oddaný zkoumání božského. Odpovím totiž, že táž budoucnost je ve vztahu k božskému vědění nutná, avšak uvažována ve své podstatě že se jeví zcela svobodná a nezávislá. Jsou totiž dvě nutnosti, jedna jednoduchá, například v tom, že všichni lidé nutně jsou smrtelní, druhá podmíněná, například jestliže o někom víš, že se prochází, nutně se prochází. To, co kdo ví, nemůže být totiž jinak, než jak je to známo, avšak tato podmínka rozhodně s sebou nese onu nutnost jednoduchou. Tuto nutnost totiž nevytváří její vlastní podstata, ale připojení podmínky. Žádná nutnost totiž nenutí k chůzi toho, kdo jde dobrovolně, ačkoli je nutné, že když kráčí, jde. Stejně tedy jestliže předvídání vidí něco jako přítomné, je to nutné, třebaže to není žádná nutnost od přirozenosti.

Bůh samozřejmě vidí budoucí, které pochází ze svobody rozhodování, jako přítomné. To se tedy vztaženo k božskému pohledu děje nutně — je to dáno božskou znalostí; posuzováno samo o sobě neztrácí to však naprostou svobodu své přirozenosti. Stanou se tedy nepochybně všechny věci, o nichž bůh předem ví, že budou, ale některé z nich vycházejí ze svobodného rozhodnutí, a ty, třebaže k nim dojde, svým vznikem neztrácejí svou vlastní přirozenost, díky které dřív než se staly, měly možnost nestat se.

Co tedy, řekneš, záleží na tom, že to není nutné, když se to vzhledem k božskému vědění v každém případě stane, jako by to bylo nutné? Je to stejné jako v příkladě s vycházejícím sluncem a s procházejícím se člověkem, který jsem před chvílí uvedl. V době, kdy se to děje, nemůže se to nedít, avšak jedno z toho ještě dřív, než se stalo, mělo nutnost stát se, druhé však ne. Tak i to, co bůh má jako přítomné, se beze vši pochyby stane, avšak jedno z toho vychází z nutnosti, druhé z moci jednajících. Neprávem jsme tedy řekli, že jsou-li tyto věci vztaženy k božské znalosti, jsou nutné, jsou-li však posuzovány samy o sobě, jsou prosty jakýchkoli pout nutnosti. Je to stejné jako se vším, co je přístupno

si ad rationem referas uniuersale est, si ad se ipsa respicias singulare.  
37 Sed si in mea, inquires, potestate situm est mutare propositum,  
euacuabo prouidentiam, cum quae illa praenoscit forte mutauero. 38  
Respondebo propositum te quidem tuum posse deflectere, sed quoniam et  
id te posse et an facias quouē conuertas praesens prouidentiae ueritas  
intuetur diuinam te praescientiam non posse uitare, sicuti praesentis oculi  
effugere non possis intuitum quamuis te in uarias actiones libera uoluntate  
conuerteris. 39 Quid igitur, inquires, ex meane dispositione scientia diuina  
mutabitur, ut cum ego nunc hoc nunc illud uelim illa quoque noscendi  
uices alternare uideatur? 40 -- Minime. Omne namque futurum diuinus  
praecurrit intuitus et ad praesentiam propriae cognitionis retorquet ac  
reuocat; nec alternat, ut aestimas, nunc hoc nunc aliud praenoscendi uice,  
sed uno ictu mutationes tuas manens praeuenit atque complectitur. 41  
Quam comprehendendi omnia uisendiue praesentiam non ex futurarum  
prouentu rerum sed ex propria deus simplicitate sortitus est.

smyslům: jestliže to vztáhneš k rozumu, je to obecné, jestliže se díváš, jaké je to samo o sobě, je to jedinečné.

Řekneš: ‚Avšak je-li v mé moci měnit rozhodnutí, zbavím předvídání významu tím, že náhodně změní, co předem zná.‘

Na to ti odpovím: ‚Můžeš se sice odchýlit od svého původního rozhodnutí, avšak protože přítomná pravda předvídání vidí, že toto můžeš, i zda to učiníš, nebo kam se obrátíš, nemůžeš se vyhnout božskému předvídání, tak jako nemůžeš utéci před pohledem přítomného oka, i kdyby ses obrátil svobodnou vůlí k různým činnostem.‘

Co tedy řekneš? Zeptáš se: ‚To se tedy božské vědění změní podle mého rozhodnutí, takže když já budu chtít hned to, hned zas ono, ukáže se, že i ono bude střídavě měnit své poznání?‘

Rozhodně ne. Božský pohled předbíhá totiž vše budoucí, obrací je a přivolává je k přítomnosti svého poznání a nemění se střídavě, jak si myslíš, tím že by předem znal hned to, hned ono, ale naráz předejde a obsáhne všechny tvé proměny, sám neměnný. Tuto přítomnost schopnou vše obsáhnout a vidět nemá bůh z výsledků věcí budoucích; ale z vlastní jednoduchosti...